

mici rectae fidei divino in se senserint amore terribiles.

. . . . .

12. — 605-07. *Il vescovo Giovanni a Re Agilulfo* (1).

(Excerpta in *Acta sinodus mantuanae*, a. 827, iun., VI; vide sub n. 50).

13. — 628, 18 febbraio. *Onorio I ai vescovi della Venezia e Istria*.

FONTI: Arch. Stato, Venezia, cod. Trevisano, c. 2, n. 2; cod. lat. Zanetti, n. 400, c. 47; cod. naz. Torino, I, iv, 7; cod. marc. cl. X, 37, c. 150.

EDIZ.: Mon. Germ. Hist., *Epist.*, III, 695; Dandolo, *Cronica*, ed. cit., p. 99.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectissimis fratribus universis episcopis per Venetiam et Istriam constitutis.

Quidquid ad ea, quae per clericos Gradensis ecclesiae nobis scripta sunt, fraternitati vestrae censuimus respondendum, quibus prius interdictionis canonicae aculeis Fortunatum olim sacerdotio exuendum decrevimus et ferendum, et nunc, iterato paginalis auctoritatis decreto, eius perfidiam innondantes damnamus. Oportuit igitur fraternitatem vestram ea ipsa nobiscum sentire et gratias Deo omnipotenti peragere, quia lupum ovili pelle fucatum e medio gregis Dei iuxta perfidiam sui meriti in precipitium erroris abiecit, quatenus ne is, qui, diu seviens subinducta hypocrisi, videbatur occulte medulitus latitare, in baratrum sue cecitatis corruens latere potuisset et gregem Dei, sicut antea, dente perfido sauciare. Gaudendum

(1) Nella *Cron. de sing. patr.* (ed. cit., p. 9 sg.): tamen postea per epistolam domni Bonifacii papae urbis Romae sub eandem metropolitim Gradensem se subiugaverunt. (cfr *Chronic. grad.* cit., ivi p. 50).